



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Gabella.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

nem eam in qua dominus ea fuerat vsurus, pereunte verò dabit eius pretium, deductis ijs, quæ expendit in eam cum domini voluntate.

* Vide *Syl. Rest. 3. §. 9. & l. c. numer. 16. Tol. l. c. cap. 17.*

Quæ quantitas furti m. p. constituat; iudicabit vir prudens.

Quæ domino rei notabile damnum simpliciter inferre potest, mortalis est. *Corona l. c. num. 28.*

Magnas diuitias possidenti tres argenteos auferre non erit m. pecc. *Sot. l. c. Nau. l. c. nu. 3. Coro. 16.*

Insigni Principi, aut Regi duos, aut tres aureos surripere erit m. p. vnum autem, veniale. *Ibidem.*

Viro neque diuiti, neque pauperi admodum, argenteum, vel iulium, vt vocant, furari, regulariter erit m. p. quod tamen non esse indiuisibiliter intelligendum vir prudens videbit. *ib. vide Na. Arrag. q. 66. ar. 6. putat quinque, aut quatuor argenteos in communibus personis ex natura rei sufficere ad mort. pec.*

GABELLA, VIDE CLERICVS,
Excommunicatio Bullæ Cæna.

Abellam potest imponere, qui Superiorem non habet in temporalibus,
M & cui

& cui ipse id concesserit, vel consuetudo prescripta.

* *Syl. Gabella 3. à nu. 1. Val. t. 3. d. 5. q. 6. p. 5. col. pen. Lopez p. 2. c. 36. Tol. l. 5. c. 73.*

2 Potest Episcopus in Ecclesijs sibi plenarie subiectis, cum Capituli consensu, ex causa tributum seu pensionem imponere.

3 Potest urgente necessitate dominus temporalis, vel communitas imponere talliam seu tributum: non enim id prohibitum, sed gabella ordinaria populum grauans.

* *Vide Syl. l. c. 1. num. 4. Fum. eo. num. 11.*

4 Nouæ gabellæ nõ obligant secundum quod dicitur, nisi constet legitimè impositas. *Caiet. 5. V. Eff. galia iniqua.* Alij in dubio volunt gabellas esse ferri iustas; præsumendum. n. pro Principe.

* *Fu. l. c. nu. 18. Arrag. q. 62. art. 3. pag. 161. Gab. 4. d. 15. q. 5. Io. Med. q. 13.* in dubio enim melior est conditio possidentis.

Si gabella autem sit antiqua, soluenda in dubio; Rex enim est in possessione. *Castro de lege penul. c. 10. Arrag. l. c.*

Alij 3 *Val. l. c. in fine ex Sot. l. 4. q. 6. art. 4. Tol. l. 5. cap. 75.*

5 Quæ verò imponuntur pro rebus delatis ad proprium vsum, cõmuniter habentur iniquæ. *Syl. 5. Gab. n. 11. & Caiet. & vbi sup.* etsi quidam id negent, si iusta causa imponant: item quæ pro priuata Principis vtilitate, & non pro cõmuni Reip. aut quæ cessante causa ob quam

sunt

sunt impostæ, nec alia iusta de nouo emer-
gente, exiguntur, aut maiores quàm causa
postulat, aut quibus alij plus quam alij inde-
bitè grauantur.

* Habentur *Caiet. Ang. Pedagium, & alij ce-
teri à Beia. casu 13. p. 1. Tol. l. c. c. 74. 6.*

Negant *Val. l. c. col. vlt. Quando tributa ex
alijs reb. non sunt satis, ex consuetudine exigi
potest tributum huiusmodi. Ant. 2. p. ti. 1. c. 14.
Syl. l. c. 3. nu. 14 Lopez p. 2. c. 36. quas tamen non
soluentes non damnaret Nau. c. 17. nume. 203.*

Cessante *Lopez l. c. c. 36. 37. Cord. casu 95. & 113.
6 Gabellam absq; vi, & fraude non soluere,
aut etiã postea nõ restituere, nõ esse mortale
docti viri asserunt. Ego id in totum affirmare
non ausim: sed neque in dubio eos, qui præ-
dicto modo non soluerunt, ad restitutionem
obligarim. Communis quidem sententia as-
serit, teneri subitos soluere iustas Gabellas,
cui standum; nisi in particulari consuetudo
legitima aliud obtineat.*

* *Angel. Pedagium. 6. Na. (pro hac sententia
citatus à Cord. q. 95.) c. 23. à. nu. 54. Beia, & ab ea
in sil. c.*

Contraria sententia est *Cona. reg. Peccatum.
p. 2. §. 5. Val. l. c. Syl. l. c. 3. 8. Io. Med. de test. q. 13.
Sor. l. 4. q. 6. ar. 4. Carb. de legibus l. 3. di. 4. Bann.
q. 62. art. dub. 3. Io. B. Cor. q. 136. Cord. casu 95. Lo-
pez l. c. c. 36. Tol. l. 5. c. 73. num. 3. Arrag. l. c.*

7 Qui Rempubl. nouis tributis grauant si-

ne eius necessitate, tenentur restituere, secundum Nau. Væ Principibus.

8 Cum nimis durum est tributum, sufficit soluere si petatur. *Vide Tol.l.c.num. 4.

9 Res empta transit cum onere gabelle non solute.

10 Deputati ad exigendum, possunt diffimulare cum pauperibus; quando non habent unde soluant.

11 Deprehensa res ante locum quem exire non licet, non est confiscanda: poterat enim, qui ferebant, pœnitere, & redire.

12 Gratia exemptionis ob numerum certum filiorum, durat etiam, mortuo aliquo illorum.

13 Clerici non tenentur ad Gabellam contractuum, nisi negotientur: nec de patrimonio suo.

14 Ecclesie prædium tenetur ad onus sibi perpetuo annexum, priusquam ad Ecclesiam veniret, nisi alicubi aliud sit in usu, ut in Italia.

*Val.l.c. Tol.l. c.73.num.7. Nau.c.17. nu.103.
 {Vide} Io. Med. q.15. de rest. Arrag.l.c.
 Addit. } Gabella ex contractibus per dolum nullis deberur. Mol.d.352.num.12.

15 Emptor rei Ecclesiasticæ debet Gabellam, & colonus rei Ecclesiasticæ soluit pro parte sua.

16 Exempta ab omni exactione Mendicantium.

tium bona, coloni, arrendatarij, & negotiorum gestores. *Ex Pio Quinto.*

Gratia, vide Delegatus, Dispensatio, Lex.

1 Gratia non expirat morte concedentis, nec ante certificationem de reuocatione.

* *Suarez t. 3. d. 36. sect. 2. propè finem. Nau. conf. 2. de off. Iud. deleg. vide c. si super gratia, de off. deleg. c. si cui nulla. de prae. lib. 6. Nau. c. Placuit. de prae. d. 6. numer. 34. & 162. { Certificationem } *Fum. vers. Gratia. numer. 6. Sanchez. ti. 1. de Mat. l. 3. d. 30. numer. 11. Azor. l. 5. c. 3. q. 6. vide Sayr. l. 7. c. 14. num. 7. de censu.**

2 Litterae fidei publicae, vulgo Saluus conductus, non expirant morte concedentis.

* *Vide Nau. l. c.*

3 Gratia quam Papa facit, committendo tamen Episcopo examen, non expirat illo mortuo.

* *Fum. l. c. num. 5. vide Nau. l. c.*

4 Gratia eligendi Confessorem, aut absolventi à casibus, vel dispensandi, non expirat mortuo concedente.

* *Nau. l. c. nume. 34. neque suscipiendorum ordinum à quolibet Episcopo, Card. in Clem. si. de elect. q. 6. Nau. ibid. & num. 163.*

5 Gratiam praecedentem sequens excommunicatione non aufert.

6 Gratia non perit deficiente causa ex qua concessa, impetrata tamen ex falsa causa, nulla est.